(6) 7

dente enim ipso xpo ideo euuangelium baculos dimittunt. quia humano auxi
lio non egemus. Capita quidem tunc nuda audito euuangelio ab omni uelamine audientes
dissentientes detegimus quia xpistus propter populum apud pro nobis spinea corona uelatum
habuit. Diaconus autem euuangelium legens admonendi uis. significat ecclesiam for
animo in amore dei eleuatam esse in culmine uirtutum [illegible] modo dicitur in cantica
canticorum. Iudica mihi quem diligit anima mea. ubi pascas. ubi cubes
in meridie. Peracta namque descendente diacono de ambone fertur euuangelium
primum episcopo aut presbitero ad osculandum. inde denique uniuerso clero. necnon
et populo. Tunc tandem in suo reconditur loco. Cantatur quidem. Credo in unum deum. ut
quia audiuit populus xpistianus in euangelio predicantem. ostendat quia credulitate
eius suscepit doctrinam. Quod autem offertorium celebratur officium nulli alii conue
nit quam his qui obuiam xpo ierosolimam properanti sternentes uestimenta sua in
uia. ramosque de arboribus frangentes exierunt. Turbe autem que precedebant
et que sequebantur clamabant osanna filio dauid et cetera. Illi autem uestimenta
ramosque offerebant nos uero panem et uinum tunc necnon cantu celebramus.
Ideo quidem illi hec agebant tunc nos quoque modo ut ostendamus tam nos paratos esse pro fratribus
mortem suscipere sicut xpistus passus est pro nobis. Quod tamen primum quidem masculi offe
runt significat primitiuam ecclesiam sub ipsis patribus mundi [illegible] nis multas in
iurias passam. Exhinc enim offerunt mulieres ecclesiam designantes. nunc
tranquilliorem uitam ducentes. Et nouissime uero sacerdotes et diaconus
ferunt sibi soli panem significantes nouissime plurima ecclesie passura
sub antixpo tormenta. Adueniunt uero archidiaconi aut quicumque. [illegible]
suo ordine legerit euangelium complens orationem cunctorum infunde
tisque aquam in calicem. ex ampulla pontificis offert. quod ad robus
tionem in sacerdotes. ac [illegible] primas quia quo magis hic passi sunt eo
apostoli in futuro coronabuntur. Tunc demum his ita gestis [illegible] ordina
tis diaconi retro post episcopum stant. et subdiaconi ante episcopum sunt
post altare ut significent idem [illegible] diaconi quod apostoli tempore passionis
fugientes ad horam retro steterunt. Postmodum sequuntur xpistum post pas
sionem. Subdiaconi autem ante episcopum stantes. designant [illegible]
clam discipuli tamen cum xpo perstiterunt in passione. Ex quibus erant

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.6, 7r – Johannes Abrincensis: Expositio divinorum officiorum; Amalarius Trevirensis: Expositio ordinis missae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-sm62/5195/49593)